Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31268
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



ante Ascensionem cum ipsa sollempnitas fuit feriandi
et Dominica quando hystoria aliqua inchoatur et vi die a nativitate
domini hoc est sequenti die Thome et illis tribus diebus quibus labo
ramus in ebdomada pasce et Pentecoste scilicet feria v vi et sabbato
et dominicalibus officiis que differri non possunt in Ieiuniis pre
cipuis ut est vigilia nativitatis domini Assumptionis beate Marie et aliorum
sanctorum que habent vigilias in quibus propria sunt officia et octavis
sanctorum scilicet Stephani et aliorum habentium officium in octava et pre
cipue sanctorum habentium officium in Gradali sicut est Felicis
Marcelli et aliorum et iiii^or precipuis officiis defunctorum et
anniversario quod singulis mensibus celebratur In omnibus inquam
supra dictis diebus mis de die dicitur in conventu et ad ipsam
mis collecta pro presenti defuncto et in chilo mis dicitur pro defuncto
Sic habet ordo sed diffinitiones dicunt quod mis alicuius sancti potest
significari propter presentem defunctum vel Ieiunium vel alias. Ab hac
lege supra dicta excipitur mis de sancto Alexandro cum Inventio
sancte crucis venit dominico die ante Ascensionem quia talis
mis significari potest propter presentem defunctum et dicta mis matutinalis
de dominica dicitur pro defuncto et maior de sancta cruce Excipitur et
octava sancti Laurentii cum fuit dominico die quia tunc missa

f. ordine

f. diffinitio ordinis

de sancto Alexandro

Ista dicta

Laurentii

41